

PSALMUS 148

148 : 1 **ALLĒLŪIA: Laudāte Dominum dē caelīs; laudāte eum in excelsīs.**

Alleluia: Praise ye the Lord from the heavens; praise ye him in the high places.

148 : 2 **Laudāte eum, omnēs angelī ejus; laudāte eum, omnēs virtūtēs ejus.**

Praise ye him all his angels; praise ye him all his hosts.

148 : 3 **Laudāte eum, sōl et lūna; laudāte eum, omnēs stēllae et lūmen.**

Praise ye him, O sun and moon; praise him, all ye stars and light.

148 : 4 **Laudāte eum, caelī caelōrum, et aqua quae super caelōs sunt.**

Praise him, ye heavens of heavens, and thou water that art above the heavens.

148 : 5 **Laudent nōmen Domini; quia ipse dīxit, et facta sunt; ipse mandāvit, et creāta sunt.**

Let them praise the name of the Lord; for he spoke, and they were made; he commanded, and they were created.

148 : 6 **Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculī; praeceptum posuit, et nōn praeterībit.**

He hath established them for ever, and for ages of ages; he hath made a decree, and it shall not pass away.

148 : 7 **Laudāte Dominum dē terrā, dracōnēs et omnēs abissī,**

Praise the Lord from the earth, ye dragons and all ye deeps,

148 : 8 **ignīs, grandō, nix, glaciēs, spīritus procellae, quae faciunt verbum ejus,**

fire, hail, snow, ice, wind of tempest, which fulfil his word,

148 : 9 **montēs et omnēs collēs, ligna frūctifera et omnēs cedrī,**

mountains and all hills, fruitful trees and all cedars,

148 : 10 **bēstiae et ūniversa pecora, serpentēs et volucrēs pennātae,**

beasts and all cattle, serpents and feathered fowls,

148 : 11 **rēgēs terrae et omnēs populī, prīncipēs et omnēs jūdicēs terrae,**

kings of the earth and all people, princes and all judges of the earth,

148 : 12 **juvenēs et virginēs, senēs cum iūniōribus,**

young men and maidens, older with the younger;

148 : 13 **laudent nōmen Domini, quia exaltātum est nōmen ejus sōlius; cōfessiō ejus super caelum et terram.**

let them praise the name of the Lord, for exalted is the name of him alone; the praise of him is above heaven and earth.

148 : 14 **Et exaltāvit cornū populī suī; himnus omnibus sānctīs ejus, filiīs Israhēl, populō adpropinquantī sibī.**

And he hath exalted the horn of his people; a hymn to all his saints, to the children of Israel, to a people drawing nigh unto him.